XXXVII. 1442, 18. October. Conc. Basil. transmittit Rectori et universitati responsum, quod Friderico IV. Imperatori et principum legatis dederat, rogatque ut universitas Concilii et Felicis V. Papae authoritatem propugnare pergat.

Dat. Basil. XV. Cal. Nov.

XXXVIII. 1442, 30. September. Instrumentum procuratorium quo Concilio Basil. durante Magister Johannes de Königshofen, Thomam de Haselbach, Professorem et Canonicum Viennensem una cum Johanne de Wachenstein decretorum doctore, Procuratorem suum constituit in lite contra N. Jodocum Kaufmann, Universitatis lectorem.

Dat. Basil. ultima Sept.

XXXIX. 1443, 11. April. Conc. Basil. requirit Rectoram et Universitatem ut Alexandro s. Laurentii in Damaso Cardinali Patriarchae Aquilegiensi et episcopatus Tridentini administratori ad Imp. Frid. IV. s. Concilii legato auxilium et fidem praestare velint.

Dat. Basil. II. Id. April. 1°.

XL. 1447, 21. März. Nicolaus V. Papa notum facit Rectori et Universitati, se in Papam Romanum 18. Mart. legitime esse electum, rogatque ut Universitas instituta processione Deum pro novo pontifice exoret, promittens universitatem et singula ipsias membra se omni favore prosequi velle.

Dat. Romae XII. Cal. April. Pont. nri ao. 1°.